

Kereskedelemtörténeti források
(1000–1437)

NKFIH KH 130473. sz. projekt keretében készülő forráskiadvány
munkapéldánya
Közreadja

Kádas István, Péterfi Bence, Ribí András, Skorka Renáta

A szövegeket jegyzetekkel ellátta
Weisz Boglárka

A latin nyelvű szövegeket lektorálta: Neumann Tibor, C. Tóth Norbert
A német nyelvű szövegeket lektorálta: Péterfi Bence, Skorka Renáta

Budapest, 2019

VÁSÁROK

1.

Dománhida, 1395. július 29.

Mária királynő éves vásár tartására ad kiváltságot Pásztói Domokos fia Jánosnak a Borsod megyei Arló településén, Úrnapja ünnepére.

Hártyán, a szöveg alatt töredezett pecséttel. Az oklevél jobb felső sarkában kancelláriai jegyzet: Relatio magistri Iohannis Grof magistri pincernarum nostrorum. Hátlapon közelkorú feljegyzés: Forum annuale in festo Corporis Christi in Arlo. Mellette újkori tartalmi összefoglaló és levéltári jelzetek.

ÖStA HHStA Sonderbestände Familienarchiv Erdödy D 324. (Ladula 96. Fasc. 12. Nr. 2.).

Nos, Maria Dei gratia regina Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. notum facimus universis presentes inspecturis, quod nos tum pro fidelitatibus et fidelium servitiorum gratuitis meritis fidelis nostri magistri Iohannis filii Dominici de Pastoch¹ locis et temporibus oportunis per ipsum cum sumpna fidelitatis constantia nostre maiestati exhibitis et inpensis, tum etiam pro utilitate et comodo regni nostri ad possessionem suam Arlow vocatam in comitatu de Borsod² existentem nundinas liberas seu forum annuale³ in cunctis festivitatibus festi Corporis Christi et aliis diebus idem festum precedentibus et subsequentibus, ad id scilicet necessario sufficientibus in ipsa possessione omni anno celebrandum sub hiisdem libertatum prerogativis, quibus nundine liberarum civitatum nostrarum celebrantur, duximus annuendum, gratiose concedendum, absque tamen preiudicio nundinarum liberarum aliorum. Quocirca vos universos mercatores et alios homines forenses atque viatores presentibus affidamus et assecuramus, quatenus ad dictas nundinas liberas seu forum annuale in ipsa possessione memorati magistri Iohannis Arlow nuncupata singulis annis modo quo supra per nos perpetuo celebrare commissas secure et absque omni pavore seu formidine rerum et personarum vestrarum veniatis peractisque vestris negotiationibus in emptionibus et venditionibus nundinis liberis in eisdem

¹ Rátót nembeli id. Domonkos fia Domonkos fia János 1371-nem körösszegi, 1388-ban árvai várnagy, 1390–1397 között nógrádi ispán, 1395–1397 között országbíró. Archontológia 1301–1457. I. 349., 269., 158., 9.

² Bizonyosan azonos Domonkos fia János fia Jakab fiainak kezén lévő Nagyarlóval (Nagharlo), ők egyébként a Dajkafalvának nevezett Kisarlót (Kysharlo) is birtokolták (1454: DL 14 855.). Rátót nembeli id. Domonkos Árpád-korban szerzett birtoka lehetett. Id. Domonkos kezében volt Olosorl (Olaszarló?) és a Nagyarló (Nogorl) melletti Mátyusföldének nevezett Kisarló (Kysorl) is, előbbi 1301-ben eleserlte, utóbbi 1323 előtt eladományozta. Anjou-oklt. I. 144. sz., Anjou-oklt. VII. 726. sz.

³ A településen már ezt megelőzően bizonyosan tartottak hetivásárt, a vásár napját és a vásárendély kiállításának időpontját azonban nem ismerjük.

redeatis ad propria vel ad alia loca, que tenditis, salvis rebus vestris et personis sub nostra protectione et tutela speciali. Et hec volumus per fora et alia loca publica ubique in dicto comitatu⁴ palam facere proclamare. Datum in villa Domanhida, feria quinta proxima post festum Beati Iacobi apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto.

2.

Buda, 1437. november 28.

Zsigmond király parancslevele Zaránd megye hatóságához, hogy tartson kikiáltott közgyűlést, ahol Losonci Zsigmond fia László, valamint Dénes fia János és Albert panaszát vizsgálják ki. A panaszosok Pankota településén tartott éves vásárát Vásári Sinka Imre, Vásári Péter fia László fia Lőrinc és Jakab fia Máté, valamint familiárisaik fegyveresen megtámadták.

Papíron, a szöveg alatt a papírfelzetes birodalmi titkospecséttel. Az oklevél jobb felső szélén és a pecsét alatt kancelláriai jegyzet: Ex deliberatione prelatorum et baronum Hátlapján újkori levéltári jelzet és tartalmi összefoglaló.

ÖStA HHStA Sonderbestände Familienarchiv Erdödy D 9514. (Cistula 49. Fasc. 19. Nr. 9.).

Sigismundus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Zarand salutem et gratiam. Pro parte et in personis Ladislai filii quondam Sigismundi de Losoncz ac Iohannis et Alberti filiorum Dionisii de eadem nobis ac prelati et baronibus nostris exponitur querulose, quod Emericus dictus Synka de Wasary ac Laurentius filius Ladislai filii Petri et Matheus filius Iacobi de eadem Wasary unacum ipsorum complicibus et familiaribus in festo Sacratissimi Corporis Christi proxime preterito, in quo scilicet festo nundine libere seu forum annuale in opido ipsorum exponentium Pankotha vocato⁵ annis singulis celebrari⁶ consuevissent,⁷ ad idem opidum Pankotha manibus armatis irruendo unum iobagionem prefati Ladislai filii Sigismundi, fratrem puta carnalem iudicis eiusdem opidi Pankotha, ac quendam alterum hominem, iobagionem scilicet Gaborkonis de Zer forizationis causa nundinas ad predictas venientem opido in predicto gravium vulnerum plagis affecissent potentia mediante contra libertatis prerogativam prescriptarum nundinarum seu fori annualis prefati opidi Pankotha et in annotatorum⁸ Ladislai, Iohannis et Alberti de Losoncz preiudicium,

⁴ Az eredetiben: conmitatu.

⁵ Tomaj nembeli Losonci László fia Zsigmond és testvére, Dénes 1405-ben új adományt kapott Zsigmond királytól Pankota várára és a hozzátartozó falvakra. Bánffy Okl. I. 485–487.

⁶ Az eredetiben: celebrai.

⁷ Nem ismert az éves vásárengedély, valószínű azonban, hogy azt a Losonciak nyerték el Zsigmond királytól. Pankota vára 1387-től volt a Losonciak kezében. Vö. Bánffy Okl. I. 387–388., 389–394.

⁸ Az eredetiben: annotatorumque.

civium autem et habitatorum dicti opidi Pankotha dampnum valde grande.⁹ Unde supplicatum extitit nobis dictisque prelati et baronibus nostris pro parte dictorum exponentium, ut eis circa premissa de remedio providere dignaremur opportuno. Et quia nos talismodi novos actus potentiarios per quempiam in regno nostro patratos simpliciter nolumus pertransire, igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus habitis presentibus universis vicinis et commetaneis prefati opidi Pankotha aliisque nobilibus comprovincialibus annotati comitatus de Zarand, quibus decet et licet, ad unum certum et brevem terminum sedis vestre iudicarie in eandem sedem per modum proclamate congregationis generalis vestri in presentiam convocatis ab eisdem ad fidem ipsorum Deo debitam fidelitatemque nobis et sacro nostro regio dyademati observandam tacto dominice crucis signo per eos coram vobis ac Nicolao filio Demetrii de Zederkyn vel Iohanne Thot dicto de Septel aut altero Iohanne dicto Sebreth de Santoshaza aut Benedicto filio Nicolai de Pypal seu Iohanne dicto Pethres de Bernalth aliis absentibus homine nostro et testimonio capituli ecclesie Orodensis, quod per ipsum capitulum ad id presentium serie destinari iubemus, partibus etiam predictis vel earum legitimis procuratoribus ante octo dies diei seu termini executionis huiusmodi inquisitionis veritatis premissorum et celebrationis premissae generalis congregationis per vos modo antelato¹⁰ dictis partibus prefigendi per unum ex vobis, scilicet iudicem nobilium et in aliqua possessionum seu portionum possessionariarum earundem partium illac legitime vocatis et accersitis ac presentibus prestandi de et super omnibus premissis meram, plenam et omnimodam sciatis, inquiratis et experiamini certitudinis veritatem. Qua rescita et experta idem homo noster presente ipso testimonio annotati capituli ecclesie Orodensis evocet prefatos Emericum dictum Synka ac Laurentium filium Ladislai et Matheum filium Iacobi contra memoratos Ladislaum filium Sigismundi ac Iohannem et Albertum filios Dyonisii de Losoncz nostram personalem in presentiam ad terminum competentem rationem premissorum reddituros efficacem, litis pendentia, si qua foret inter ipsos, non obstante. Et post hec huiusmodi rescite veritatis premissorum ac attestationis et evocationum seriem cum propriis et possessionum attestantium evocatorumque nominibus ac termino assignato, ut expediens fuerit, per vos et dictum capitulum eidem nostre personali presentie fideliter rescribi volumus et mandamus, presentes quoque post earum lecturam reddi edicimus presentanti. Datum Bude, feria quinta proxima ante festum Beati Andree apostoli, anno Domini millesimo CCCC^o XXX^{mo} septimo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quinquagesimo primo, Romanorum XXVIII^o, Bohemie XVIII^o, Imperii vero quinto.

⁹ Az eredetiben: grandes,

¹⁰ Az eredetiben: antelacto.

LERAKATOK

1.

Szakolca, 1402. január 22.

Zsigmond király lerakatjogot adományoz a soproni polgároknak a Németország, Ausztria, Csehország és Morvaország irányából érkező vagy oda utazó kereskedők áruira vonatkozóan, mely alól felmentést ad a pozsonyiaknak és a nagyszombatiaknak. Mindhárom város lakói mentesülnek a lerakatjog alól, és szabadon közlekedhetnek az országban. A külföldi kereskedőknek a király megtiltja, hogy Sopron kikerülésével érkezzenek Magyarországra, ellenkező esetben a város polgársága elkobozhatja az érintettek áruit. Azon kereskedők, akik Pozsonyban lerakva áruikat üres kocikkal utaznak tovább Sopronba, innen a helyiek borával megrakodva bárhová szabadon távozhatnak.

Hártyán, a szöveg alatt felzetes pecséttel. A szöveg felett jobb oldalon: Commissio propria domini regis. Hátlapon egykorú feljegyzés: von niderlag wegen der kaufmanschaft, illetve alatta fejjel lefelé: Soproniensis.

MNL GYMSM SL XV. 76. 319. (DF 201 953.); 16–17. századi egyszerű másolata: MNL GYMSM SL XV. 76. 320. (DF 201 954.) – Ed. CD X/4. 108–112.; Reg. ZsO II/1. 1413. sz., Sopr. Tört. I/1. 267.

Nos, Sigismundus Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. marchioque Brandenburgensis etc. memorie commendamus per presentes, quod cum inter cetera nobis et Sacre Corone utilia hoc reputemus necessarium, nostrorum scilicet comodis intendere, subditorum illorum tamen precipue, quos laudabilia probate fidelitatis merita digne regalium capaces gratiarum efficiunt, et quorum sagax providentia magna ex parte eiusdem Sacre Corone nostre Hungarie condicionem reparat et emendat, maxime cum apud eos pro aptitudine loci condicionis emandande comoditas possit aptius ordinari. Hinc est, quod nos considerantes primum inconcusse fidelitatis operosa servitia, que fideles nostri dilecti, cives et incole civitatis nostre Soproniensis omni tempore, et presertim per totum tempus tribulationis nostre de anno proxime preterito multis impensis, pluribus dampnis et maximis non parcentes laboribus inter tot et tanta disturbati regni particula positi nobis et Sacre eiusdem regni nostri Corone stabiliter adherentes, perseveranti animo laudabiliter inpenderunt, advertentes etiam, qualiter predictorum civium iuxta congruitatem situs civitatis ipsorum emendata condicio accessu publico magnum et perutile procurare posset et efficere commodum regno nostro, volentes quoque, prout hoc regiam sublimitatem nostram decorat, pro tantis, de quibus supra, fidelitatum beneficiis prefatis fidelibus nostris civibus Soproniensibus nos exhibere liberales et munificos, de certa nostra scientia prelatorumque et baronum regni nostri Hungarie deliberata consultatione prehabita, ipsos et civitatem eorum predictam infrascriptis gratis duximus

premiandos, ita videlicet, quod ex nunc dispositione nostra ordinavimus et ordinamus ac vigore presentium auctoritate nostra regia statuimus, ut in antea omnes et singuli tam nostri proprii, quam aliorum quorumvis regni nostri prelatorum, baronum et nobilium ac forenses mercatores, qui mercantias ac res venales seu bona commutabilia, cuiusvis speciei vel maneriei fuerint, extra de regno nostro ad Almanniam, Austriam, Bohemiam vel Moraviam, sive in regnum nostrum de partibus supradictis portantes, ducentes aut vehentes ad pretactam civitatem nostram per vias et stratas communes antiqua et licita consuetudine ad eandem tendentes importaverint vel introduxerint seu fecerint quomodolibet importari, illi universas easdem res et bona ibidem deponere sive reponere nec inde asportare, sed ibidem relegare, ponderare, equa bria¹¹ mensurare ac vendere vel commutare finalemque compositionem ibidem facere teneantur et debeant per omnia iuxta ritus et consuetudines in aliis regni nostri locis et civitatibus circa depositiones rerum mercimonialium hactenus solitas observare.¹² Item nolumus, quod aliquis mercatorum tam nostrorum, quam aliorum regni nostri prelatorum, baronum et nobilium, presertim tamen incole predictae civitatis nostre societatem mercatoriam cum forensibus quomodolibet contrahere debeant vel habere.¹³ Statuentes insuper, ut quilibet tam nostri proprii, quam aliorum quorumvis prelatorum, baronum et regni nostri nobilium ac etiam forenses mercatores se nostris more solito locorum ostendant tricesimatoribus civitatemque, ad quam cum eorum mercibus ire pretendunt, denominent, ab eisdem exhibitionis et ostensionis signum ad cautelam reportando.¹⁴ Volumus autem non obstante predicto statuto nostro, ut omnes et singuli incole Tyrnaviensis et Posoniensis civitatum nostrarum cum universis rebus suis mercimonialibus ad ipsam civitatem nostram Soproniensem venientes ad depositionem rerum suarum non debeant obligari, qua quidem libertate incole prescriptae civitatis nostre Soproniensis similiter et viceversa gaudere debent et perfrui, dum et quotiens ipsos ad eandem Tyrnaviensem et Posoniensem civitates nostras cum rebus suis mercimonialibus contingerit declinare.¹⁵ Annuimus etiam et favemus, ut universi incole ipsarum Soproniensis, Posoniensis et Tyrnaviensis civitatum nostrarum etiam secure et libere possint transsire cum universis rebus suis mercimonialibus per universa regnorum nostrorum climata etiam partes Transsilvanas,

¹¹ Vö. LLMAeH I/3. 359., bria.

¹² Sopron 1324-ben kapott először I. Károlytól lerakatjogot az Ausztriába tartó kereskedőkre vonatkozóan (Sopr. Tört. I/1. 42.), amit azonban a későbbiekben egyetlen uralkodó sem erősített meg, így azt elveszítette. Részletesen lásd *Weisz B.*: Vásárok és lerakatok 59–60.

¹³ Zsigmond 1405. évi törvénye is tiltotta, hogy a magyar kereskedők és különböző rangú emberek a külföldiekkel kereskedelmi társaságot (társulást) alakítsanak ki. DRH 1301–1457. 204–205.

¹⁴ A harmincadhelyeken a kereskedők igazolást kaptak a harmincad megfizetéséről és a szállított áru mennyiségéről (1370: MDE II. 687.; 1423. február 6.: DF 270 188.).

¹⁵ Vö. Pozsony és Nagyszombat ugyanezen a napon kelt okleveleivel (XX., XX. sz. oklevelek).

Segniam, maritimas et ultra,¹⁶ ubi voluerint, non obstante quibuscunque aliis litteris nostris super facto depositionis rerum mercimonialium huiusmodi cuicumque seu quibuscunque datis et concessis.¹⁷ Item nolumus, quod aliquis forensium mercatorum possit pro exigendis suis debitis eques transsire alibi, preterquam in civitates supradictas. Quotiens autem et quandocunque contingeret aliquem vel aliquos ex pretactis mercatoribus singulis indigenis forensibus cum rebus suis mercimonialibus per se vel per alium ductis de via aut strata directa aut debita contra dictam dispositionem nostram alibi per industriam declinare aut etiam res huiusmodi ad prescriptam civitatem nostram inductas contra predicta iura et statuta nostra super depositionibus mercimoniorum, ut prescriptum est, per nos tradita per se vel per alium quemlibet extraducere aut alias quomodolibet contraire, extunc auctoritate nostra damus et concedimus ipsis civibus plenam et omnimodam facultatem per se vel suos et per quamvis potentiam, quam ad hoc invocaverint, res et bona talium mercatorum ex culpis eorum prescriptis arrestare, in civitatem nostram prescriptam adducere easdemque singulas pro nobis ac per se ipsis tali ordine valeant recipere, aufere et confiscare, ut scilicet nobis due partes cedere et conservare debeant ipsis civitatibus parte tertia remanente.¹⁸ Insuper annuimus et de speciali benignitate regia concedimus, ut mercatores quicumque depositis in Posonio rebus suis mercimonialibus cum vacuis curribus ad ipsam civitatem nostram Soproniensem proficiscendi, ibique vina incolarum eiusdem civitatis nostre emendi et ad loca, que maluerint, deducendi omnimodam et liberam habeant facultatem.¹⁹ Premissa autem omnia mandamus et volumus in foris et aliis locis publicis ubique palam facere proclamari. Datum in Zakolcha, dominica die in festo Sancti Vincentii martiris, anno Domini millesimo quadringentesimo secundo.²⁰

¹⁶ 1402. január 25-én Zsigmond Erdély kivételével megismétli a szabad közlekedésre vonatkozó rendelkezését. *Sopr. Tört. I/1.* 268.

¹⁷ Valószínűleg itt a Budának adott kiváltságlevére is gondolt az uralkodó. Vö. a bártfaiaknak ugyanezen napon kelt **XX.** sz. oklevelével.

¹⁸ 1402. április 11-én Zsigmond rendelkezése értelmében bárki elfoghatja azokat, akik Sopron lerakatjogát megsértik, a lefoglalt áru egy-egy harmada a királyt, Sopron városát és a lefoglalót illeti. *Sopr. Tört. I/1.* 270–271.

¹⁹ Zsigmond 1399-ben megerősítette I. Lajos azon kiváltságlevelét, melynek értelmében a soproni bor után mindenki hamincadmentességet élvez. *Sopr. Tört. I/1.* 261–263. Vö. Uo. 170–171.

²⁰ Zsigmond 1402. október 1-jén visszavonta januári, lerakatjogra vonatkozó rendelkezéseit (lásd **XX.** sz. oklevél), és Sopron csak 1463-ban kapja meg újra, de csak a Sopron megyén át közlekedőkre vonatkozóan (*Sopr. Tört. I/5.* 79–80.).

Szokolca, 1402. január 22.

Zsigmond király lerakatjogot adományoz a pozsonyi polgároknak a Németország, Ausztria, Csehország és Morvaország irányából érkező vagy oda utazó kereskedők áruira vonatkozóan, mely alól felmentést ad a soproniaknak és a nagyszombatiaknak. Mindhárom város lakói mentesülnek a lerakatjog alól, és szabadon közlekedhetnek az országban. A külföldi kereskedőknek a király megtiltja, hogy Pozsony kikerülésével érkezzenek Magyarországra, ellenkező esetben a város polgársága elkobozhatja az érintettek áruit.

Hártyán, a szöveg alatt felzetes pecséttel. A szöveg felett jobb oldalon: Commissio propria domini regis. Hátlapon egykorú feljegyzés: Littera serenissimi principis regis Sigismundi super deposicione wlgariter niderlag, illetve jobb alsó sarokban: Posoniensis.

AMB MMB 691. (DF 239 237.) Átírta V. László 1453. február 6-án, AMB MMB 2815. (DF 240 210.) Tartalmi átírása Mátyás király 1464. május 27-én AMB MMB 3458. (DF 240 491.) és II. Ulászló 1498. július 14-én kelt oklevelében AMB MMB 4083. (DF 240 822.). – Ed. CD X/4. 112–116., 121–124.; Reg. ZsO II/1. 1414. sz.

Nos, Sigismundus Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. ac marchio Brandenburgensis etc. memorie commendamus per presentes, quod cum inter cetera nobis et Sacre Corone utilia hoc reputemus necessarium, nostrorum scilicet commodis intendere, subditorum illorum tamen precipue, quos laudabilia probate fidelitatis merita digne regalium capaces gratiarum efficiunt, et quorum sagax prudentia magna ex parte eiusdem Sacre Corone nostre Hungarie condicionem reparat et emendat, maxime cum apud eos pro aptitudine loci condicionis emendande commoditas possit aptius ordinari. Hinc est, quod nos considerantes primum inconcussa fidelitatis operosa servitia, que fideles nostri dilecti, cives et incole civitatis nostre Posoniensis omni tempore, et presertim per totum tempus tribulationis nostre de anno proxime preterito multis impensis, pluribus dampnis et maximis non parcentes laboribus inter tot et tanta disturbati regni particula nobis et Sacre eiusdem regni nostri Corone stabiliter adherentes, perseveranti animo laudabiliter impenderunt, advertentes etiam, qualiter predictorum civium iuxta congruitatem situs civitatis ipsorum emendata condicio accessu publico magnum et perutile procurare posset et efficere commodum regno nostro, volentes quoque, prout hoc regiam sublimitatem nostram decorat, pro tantis, de quibus supra, fidelitatum beneficiis prefatis fidelibus nostris civibus Posoniensibus nos exhibere liberales et munificos, de certa nostra scientia prelatorumque et baronum regni nostri Hungarie deliberata consultatione prehabita ipsos ac civitatem eorum predictam infrascriptis gratiis duximus premiandos, ita videlicet, quod ex nunc dispositione nostra ordinavimus et ordinamus ac vigore presentium auctoritate nostra regia statuimus, ut in antea omnes et singuli tam nostri proprii, quam aliorum quorumvis regni

nostri prelatorum, baronum et nobilium ac forenses mercatores, qui mercantias aut res venales seu bona commutabilia, cuiusvis speciei vel mareriei fuerint, extra de regno nostro ad Almanniam, Austriam, Bohemiam vel Moraviam, sive in regnum nostrum de partibus supradictis portantes et ducentes aut vehentes ad pretactam civitatem nostram per vias et stratas communes antiqua et licita consuetudine ad eandem tendentes importaverint vel introduxerint vel fecerint quomodolibet importari, illi universas easdem res et bona ibidem deponere sive reponere nec inde asportare, sed ibidem religare, ponderare et equa bria²¹ mensurare aut vendere et commutare finalemque compositionem ibidem facere teneantur et debeant per omnia iuxta ritus et consuetudines in aliis regni nostri locis et civitatibus circa depositiones rerum mercimonialium hactenus solitas observari.²² Item nolumus etiam, quod aliquis mercatorum tam nostrorum, quam aliorum regni nostri prelatorum et baronum ac nobilium, presertim tamen incole predictae civitatis nostre societatem mercatoriam cum forensibus contrahere quomodolibet debeant vel audeant.²³ Statuentes insuper, ut quilibet tam nostri proprii, quam aliorum quorumvis prelatorum, baronum et nobilium regni nostri ac etiam forenses mercatores se nostris more solito locorum ostendant tricesimatoribus²⁴ civitatemque, ad quam cum eorum mercibus ire pretendunt, denominent, ab eisdem exhibitionis et ostensionis signum ad cauthelam reportando. Volumus autem non obstante predicto statuto nostro, ut²⁵ omnes et singuli incole Soproniensis et Tyrnaviensis civitatum nostrarum cum universis rebus suis mercimonialibus ad ipsam civitatem Poseniensem venientes ad depositionem rerum suarum non debeant astringi, qua quidem libertate incole predictae civitatis nostre Poseniensis similiter et viceversa gaudere debent et perfrui, dum et quotiens ipsos ad easdem Soproniensem et Tyrnaviensem civitates nostras cum rebus suis mercimonialibus contingerit declinare.²⁶ Annuimus insuper et favemus, ut universi incole ipsarum Soproniensis et Tyrnaviensis civitatum nostrarum etiam secure et libere possint transire cum universis rebus suis mercimonialibus per universa regnorum nostrorum climata, et ad partes Transilvanenses, Segniam, maritimas et ultra, ubi voluerint, non obstantibus quibuscunque aliis litteris nostris super facto depositionis rerum mercimonialium huiusmodi cuicumque seu quibuscunque datis vel concessis. Item nolumus, quod aliquis forensium mercatorum possit pro exigendis suis

²¹ Vö. LLMAeH I/3. 359., bria.

²² Zsigmond – megkönnyítendő a Pozsonyba jutást – 1402. január 27-én a pozsonyiaknak biztosította, hogy Pozsony körzetében (in districtu Poseniensi) hajóik legyenek a Dunán, melyekkel embereket, állatokat, árukat szabadon szállíthatnak.

²³ Zsigmond 1405. évi törvénye is tiltotta, hogy a magyar kereskedők és különböző rangú emberek a külföldiekkel kereskedelmi társaságot (társulást) alakítsanak ki. DRH 1301–1457. 204–205.

²⁴ Az eredetiben a tricesimatoribus után alápontozással törölve: nostris.

²⁵ A szó sor fölé besúrvva.

²⁶ Vö. Sopron és Nagyszombat ugyanezen a napon kelt okleveleivel (XX., XX. sz. oklevelek).

debitis eques transire alibi, preterquam in civitates supradictas. Quotiens autem et quandocunque contingeret aliquem vel aliquos ex pretactis mercatoribus singulis indigenis vel forensibus cum rebus suis mercimonialibus per se vel alium ductis de via aut strata directa et debita contra dictam dispositionem nostram alibi per industriam declinare aut etiam res huiusmodi ad prescriptam civitatem nostram inductas contra predicta iura et statuta nostra super depositionibus mercimoniorum, ut prescriptum est, per nos tradita per se vel per alium quemlibet extraducere aut alias quomodolibet contraire, extunc auctoritate nostra damus et concedimus ipsis civibus plenam et omnimodam facultatem per se vel suos et per quamvis potentiam, quam ad hoc invocaverint, res et bona talium mercatorum ex culpis eorum prescriptis arestare, in prescriptam civitatem adducere easdemque singulas pro nobis ac se ipsis auferre et recipere ac tali modo et ordine confiscare, ut scilicet nobis due partes cedere et conservari debeant parte tertia ipsis civitatibus remanente. Premissa autem omnia volumus et mandamus in foris et aliis locis publicis ubique palam facere proclamari. Datum in Zakolcha, in festo Sancti Vincentii martiris, anno Domini millesimo quadringentesimo secundo.²⁷

3.

Szakolca, 1402. január 22.

Zsigmond király lerakatjogot adományoz a nagyszombati polgároknak a Németország, Ausztria, Csehország és Morvaország irányából érkező vagy oda utazó kereskedők áruira vonatkozóan, mely alól felmentést ad a pozsonyiaknak és a soproniaknak. Mindhárom város lakói mentesülnek a lerakatjog alól, és szabadon közlekedhetnek az országban. A külföldi kereskedőknek a király megtiltja, hogy Nagyszombat kikerülésével érkezzenek Magyarországra, ellenkező esetben a város polgársága elkobozhatja az érintettek áruit.

Hártyán, a szöveg alatt felzetes pecséttel. A szöveg felett jobb oldalon: Commissio propria domini regis. Hátlapon újkori tartalmi összefoglaló és újkori levéltári jelzet.

ŠAB Pob. Trnava [mai jelzet] (DF 279 583.)

Nos, Sigismundus Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. marchioque Brandenburgensis etc. memorie commendamus per presentes, quod cum inter cetera nobis et Sacre Corone utilia hoc reputemus necessarium, nostrorum scilicet comodis intendere, subditorum illorum tamen precipue, quos laudabilia probate fidelitatis merita digne regalium

²⁷ Zsigmond 1402. október 1-jén visszavonta januári, lerakatjogra vonatkozó rendelkezéseit (lásd XX. sz. oklevél), és a pozsonyiak csak 1453-ban érték el újra, hogy V. László oklevelüket megerősítse. DF 240 210.

capaces gratiarum efficiunt, et quorum sagax providentia magna ex parte eiusdem Sacre Corone nostre Hungarie condicionem reparat et emendat, maxime cum apud eos pro aptitudine loci condicionis emendande comoditas possit aptius ordinari. Hinc est, quod nos considerantes primum inconcusse fidelitatis operosa servitia, que fideles nostri dilecti, cives et incole civitatis nostre Tirnavie omni tempore, et presertim per totum tempus tribulationis nostre de anno proxime preterito multis impensis, pluribus dampnis et maximis non parcentes laboribus inter tot et tanta disturbati regni particula positi nobis et Sacre eiusdem regni nostri Corone stabiliter adherentes, perseveranti animo laudabiliter impenderunt, advertentes etiam, qualiter predictorum civium iuxta congruitatem situs civitatis ipsorum emendata condicio accessu publico magnum et perutile procurare posse et efficere commodum regno nostro, volentes quoque, prout hoc regiam sublimitatem nostram decorat, pro tantis, de quibus supra, fidelitatum beneficiis prefatis fidelibus nostris civibus Tirnaviensibus nos exhibere liberales et munificos de certa nostra scientia prelatorumque et baronum regni nostri Hungarie deliberata consultatione prehabita, ipsos et civitatem eorum predictam infrascriptis gratis duximus premiandos, ita videlicet, quod ex nunc dispositione nostra ordinavimus et ordinamus ac vigore presentium auctoritate nostra regia statuimus, ut in antea omnes et singuli tam nostri proprii, quam aliorum quorumvis regni nostri prelatorum, baronum et nobilium ac forenses mercatores, qui mercantias aut res venales seu bona commutabilia, cuiusvis speciei vel maneriei fuerint, extra de regno nostro ad Almaniam, Austriam, Bohemiam vel Moraviam sive in regnum nostrum de partibus supradictis portantes, ducentes aut vehentes ad predictam civitatem nostram per vias et stratas communes antiqua et licita consuetudine ad eandem tendentes importaverint vel introduxerint seu fecerint quomodolibet importari, illi universas easdem res et bona ibidem deponere sive reponere nec inde asportare, sed ibidem religare, ponderare, equa bria²⁸ mensurare ac vendere vel commutare finalemque compositionem ibidem facere teneantur et debeant per omnia iuxta ritus et consuetudines in aliis regni nostri locis et civitatibus circa depositiones rerum mercimonialium hactenus solitas observare. Item nolumus, quod aliquis mercatorum tam nostrorum, quam aliorum regni nostri prelatorum, baronum et nobilium, presertim tamen incole predictae civitatis nostre societatem mercatoriam cum forensibus quomodolibet contrahere debeant vel habere.²⁹ Statuentes insuper, ut quilibet tam nostri proprii, quam aliorum quorumvis prelatorum, baronum et regni nostri nobilium ac etiam forenses mercatores se nostris more solito locorum ostendant tricesimatoribus civitatemque, ad quam

²⁸ Vö. LLMAeH I/3. 359., bria.

²⁹ Zsigmond 1405. évi törvénye is tiltotta, hogy a magyar kereskedők és különböző rangú emberek a külföldiekkel kereskedelmi társaságot (társulást) alakítsanak ki. DRH 1301–1457. 204–205.

cum eorum mercibus ire pretendunt, denominent, ab eisdem exhibitionis et ostensionis signum ad cautelam reportando. Volumus autem non obstante predicto statuto nostro, ut omnes et singuli incole Posoniensis et Soproniensis civitatum nostrarum cum universis rebus suis mercimonialibus ad ipsam civitatem nostram Tirnaviam venientes ad depositiones rerum suarum non debeant obligari, qua quidem libertate incole prescripte civitatis nostre Tirnaviensis similiter et viceversa gaudere debent et perfrui, dum et quotiens ipsos ad easdem Posoniensem et Soproniensem civitates nostras cum rebus suis mercimonialibus contigerit declinare.³⁰ Annuimus insuper et favemus, ut universi incole ipsarum Tirnaviensis, Posoniensis et Soproniensis civitatum nostrarum etiam secure et libere possint transire cum universis suis rebus mercimonialibus per universa regnorum nostrorum climata, etiam ad partes Transsilvanenses, Segniam, marittimas et ultra, ubi voluerint, non obstantibus quibuscumque aliis litteris nostris super facto depositionis rerum mercimonialium huiusmodi cuicumque seu quibuscumque datis seu concessis. Item nolumus, quod aliquis forensium mercatorum possit pro exigendis suis debitis eques transire alibi, preterquam in civitates supradictas. Quotiens autem et quandocumque contingeret aliquem vel aliquos ex pretactis mercatoribus singulis indigenis vel forensibus cum rebus suis mercimonialibus per se vel per alium ductis de via aut strata directa ac debita contra dictam dispositionem nostram alibi per industriam declinare aut etiam res huiusmodi ad prescriptam civitatem nostram inductas contra predicta iura et statuta nostra super depositionibus mercimoniorum, ut prescriptum est, per nos tradita per se vel per alium quemlibet extraducere aut alias quomodolibet contraire, extunc auctoritate nostra damus et concedimus ipsis civibus plenam et omnimodam facultatem per se vel suos et per quamvis potentiam, quam ad hoc invocaverint, res et bona talium mercatorum ex culpis eorum prescriptis arrestare, prescriptam civitatem adducere easdemque singulas pro nobis ac pro se ipsis tali ordine valeant recipere, auferre et confiscare, ut scilicet nobis due partes cedere et conservari debeant ipsis civitatibus parte tertia remanente. Premissa autem omnia mandamus et volumus in foris et aliis locis publicis ubique palam facere proclamari. Datum in Zakolcha, in festo Sancti Vincentii martiris, anno Domini millesimo quadringentesimo secundo.³¹

